



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

931. An unio facta præsumatur, an verò probari debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

paulo post citando n. 10. & 11. citans etiam pro hoc Boerium Decis. 345. n. 5. & Rotam decis. 223. n. 5. in fine. p. 1. recent. ubi hoc ipsum tradit Caid. de Luca ad Trid. d. 8. n. 31. hisce expressis: Si ad sit unionis titulus explicitus, qui de stricta juris censura invalidus, & alius inefficax dici mereatur, quadragenaria vero, vel major pacifica observantia accedat, tunc id sufficit, nisi titulus adeo infectus sit, ut malam fidem positivam ita inducat, ut prescriptionem impediatur. Item Lott. l. 1. q. 28. n. 105. Vel sine titulo immemorialis (intellige, cum aliis requisitis ad prescriptionem à Gl. in c. 1. de prescrip. in 6. ut Garc. n. 238.) ita tenent Lott. loc. cit. ubi: ob magnam juris resistenciam circumscripto titulo vero, ac patente (hoc est, prescribendo à titulo vero) necessaria est, vel immemorialis, vel quadragenaria cum titulo putativo. Garc. cit. n. 238. sic resolutum inquires à Rota in Aquitanens. benef. 29. April. 1602. Castrop. de benef. d. 6. p. 12. §. 4. n. 3. Fond. qq. benef. p. 1. c. 156. n. 10. citans Mascard. de probat. concl. 1418. n. 11. Chok. ad reg. 21. de unionib. ubi: sufficit allegare ejusmodi prescriptionem unionis (nempe quod Ecclesia, seu beneficium tanquam unitum possessum fuerit à tempore, cujus in contrarium non existat memoria) absque alia tituli probatione; aliis in prescriptione non immemoriali, seu quadragenaria titulus aptus ad prescribendum allegandus est, ut Farinac. de noviss. Rota Decisionib. decis. 58. n. 1. p. 1. Et de hac quadragenaria, nempe cum titulo, intelligendus est Card. de Luca de Paroch. d. 35. n. 12. ubi ait: Unio, qua in jure odibilis reputatur, prescribitur, seu firmatur per observantiam quadragenariam. Item de benef. d. 48. n. 14. ubi ait, quod unio prescribatur per quadragenariam, pacificam possessionem absque alia justificatione, citatque pro hoc Seraph. decis. 1432. n. 4. Buratt. decis. 734. n. 6. & Rotam decis. 433. n. 6. & 7. p. 9. recent. Plura de hoc puncto post, ubi de probatione unionis.

3. Limitat hanc responsonem Garc. n. 239. ut procedere tantum videatur in unione accessoria & extinctiva tituli: secus in unione aequè principaliter facta, in qua quodlibet beneficium manet in suo statu, ac retinet nomen ac jura sua, & solum agitur, ut unus Rector sit utriusque, & sic non ita resistit jus, uti in unione accessoria: unde in ea unione aequè principali prescribenda non sit necessaria immemorialis, aut quadragenaria cum titulo; sed sufficiat quadragenaria sine titulo, cum bona fide tamen; & sic ait, videri velle Rotam, in Tirafon. juris presentandi. 16. Martii, & 16. Octob. 1594. quam recitat.

Quaestio 931. An unio facta praesumatur, an vero necesse habeat probari?

Respondeo: Unio in dubio facta non praesumitur, sed factam esse, probari debet ab eo, qui eam factam asserit; cum unire sit quid facti & odiosum. Card. de Luca de benef. d. 49. n. 13. & de Paroch. d. 12. n. 5. & d. 37. n. 42. (ubi etiam, quod nisi probetur unio, Ordinarius habet fundatam intentionem conferendi illud beneficium, vel etiam indicendi concursum, dum, quod unitum praetenditur, est Parochiale) & ad Trid. d. 8. n. 28. (ubi etiam, quod alius, qui dicit, habet intentionem fundatam. quod beneficium, cujus unio negatur, stet de per se independentem) Barb. juris Eccl. l. 3. c. 16. n. 60. Ventrigl. To. 2. annot. 8. §. 2. n. 35. citans Zerol. in pr. Ep. p. 1. v. unio. §. 8. Mascard. de probat. concl. 1411. per tot. Castrop. loc. cit.

§. 4. n. 3. Garc. p. 12. c. 2. n. 224. citans Mandos. ad reg. 12. Cancell. q. 7. Menoch. l. 6. pro amp. c. 6. n. 1. qui tamen huc fundamento, ut ait Garc. n. 225. id ipsum limitat, ut non procedat, quando asseritur facta unio duarum Ecclesiarum, de quarum paupertate & inopia apparet; eò quod tunc unio facta praesumatur, neque Menochio adstipuletur Felin. conf. 2. n. 23. quem pro se citat Menoch. is namque ibi solum dicit, quod in eo casu sit conjectura facta unionis; non verò dicit, quod ex ea sola praesumatur unio. Garc. n. 225.

Quaestio 932. Qualiter probanda unio facta?

Respondeo primò in genere: Debere plenè ac concludenter probari. Card. de Luca de benef. d. 49. n. 13. Illud autem potissimum pro efformanda probatione, maximè ex adminiculis, aliisque facti qualitatibus per judicem pensandis in consideratione habendum, de qua unionis specie probanda agatur; ubi enim agitur de aequè principali, seu de ea, quae sociativa, vel coequalitè dicitur; cum istae sint species magis favorabiles, vel minùs prejudiciales, leviores probationes admittunt; secus ubi agitur de unione accessoria & subjectiva, quae absolutè odiosa censetur. Card. de Luca ad Trid. d. 8. n. 30. Sic etiam, dum non agitur principaliter de canonizanda unione, seu ad effectum collationis, & pro formando statu Ecclesiae, sed incidenter ad alium effectum, v. g. negativum non tollendi unionem, vel ad effectum potius favorabilem interpretandi possessionem, in qua quis reperitur, minores probationes sufficiunt. Card. de Luca de decimis, d. 11. n. 7. juncto n. 8. Garc. p. 12. c. 2. n. 280.

2. Respondeo secundò: Probari primò unionem legitimè & concludenter per ipsum instrumentum seu literas unionis. Castrop. cit. §. 4. n. 3. Garc. loc. cit. n. 226. quin & ad probandam unionem necessariò requiri has literas, tenent Aymon. conf. 258. n. 10. & 11. Mascard. de prob. concl. 187. n. 3. Zerol. in pr. p. 1. v. unio. §. 8. apud Garc. loc. cit. Et sic requiri scripturam, utpote sine qua fieri nequit unio, decidisse Rotam ex Aymone in Theanens. benef. 20. Maij, 1587. ait Garc. n. 227. Ita etiam, ut testes non sufficiant, ut Rota decis. 557. n. 4. p. 3. ff. vers. quod tamen negat cum Caccialup. 4. 7. alibi, ut patebit ex sequent. Nam ubi haec scriptura, seu instrumentum unionis non comparet, puta, quia deperditum.

3. Respondeo tertio: Probari in casu deperditarum illarum literarum posse unionem per testes, qui dictam scripturam viderint. Castrop. loc. cit.

4. Respondeo quarto: Probari potest secundò unio per alia instrumenta antiqua, seu per enunciativas antiquorum instrumentorum & privilegiorum, in quibus facta unio, seu talia beneficia ut unita astruuntur. Castrop. loc. cit. Chok. ad reg. 21. Cancell. de unionib. n. 38. Garc. loc. cit. n. 240. citans Mascard. de prob. concl. 1418. n. 12. Caputaq. decis. 144. n. 2. & decis. 347. n. 2. p. 3. Lott. l. 1. q. 28. n. 106. ubi: negari nequit, ex enunciativis antiquissimis, id est super centum annos, unionem ipsam sufficienter probari, citat pro hoc Put. decis. 204. n. 1. l. 2. (quem ait loqui de enunciativa etiam supra 90. annos tantum) & resolutum dicit à Rota in Barcinon. Vicaria. 9. Feb. 1624. Habent enim tales enunciativae plurimum instrumentorum vim fema. Chok. loc. cit. Lott. l. 1. n. 108. citans Decis. Rota 163. n. 2. & 472. n. 2. & 541. n. 1. p. 1. recent. Garc. n. 249. citans Menoch.